que methodo eam tradiderunt, vt HERMANNVS VVLTEIVS ll), NICOLAVS VIGELIVS mm), GREGORIVS BICCIVS nn), GEORGIVS ADAMVS STRVVIVS oo), IOANNES HENRICVS DE BERGER pp), IOANNES PAVLVS KRESSIVS qq), IOANNES LEONHARDVS REICHEL rr), IOACHIMVS GEORGIVS DARIES ss), DANIEL NETTELBLADT tt), et, qui ipſe dialecticam iuris ſcripſit, MATTHIAS STEPHANI uu). Sed eheu! iam ſatis eſt, eruntque et illi ipſi contenti hac multitudine, qui mirum in modum delectantur adſpectu illo tot nominum, vndecunque collectorum, quibus ſi lubet, hunc numerum augere, ablegamus illos ad dulciſſimum fontem, ex quo haurire ſolent, *Bibliothecam iuris* LIPENII, BVDERI, IENICHII opera confectam, in qua ſiluam inuenient ſcriptorum de ſequeſtro. Nos quidem in hoc genere nominandi doctores inſigniter patientiam exercuimus, nec lubet plures recenſere, quin potius a multis, qui haec forte legent, veniam rogamus huius tam multiplicis ac variae nominationis, ex qua nolo quemquam ſuſpicari, nos aliquam, inanem ſane, aut

ll) in *iurisprud. rom. Lib.* 1. *c.* 33.

mm) in *Digeſtis Iur. Ciu. Part. I. L.* 5. *c.* 9. *p. m.* 521.

nn) in *rebus quotidian. Sect.* 4. §. 44. 45.

oo) in *Iurisprud. Rom. germ. forenſ. L.* 3. *Tit.* 6. §. 9.

pp) in *Oeconomia Iur. Lib.* 3. *Tit.* 2. §. 9. *nr.* II. *lit.* β. *Edit.* BACH. *p.* 458.

qq) in *ſpecimine iurisprud. priuatae L.* 3. *Tit.* 12. §. 16. *Edit. ſecund.* de a. 1726. *p.* 519.

rr) in *Enchirid. inſtitut. Sect.* 13. §. 13.

ss) in *inſtitut. iurisprud. priuatae Rom. germ. Part. ſpec. Sect.* 1. *c.* 2. §. 251.

tt) in *ſyſtemate elementari vniuerſae iurisprud. poſit. communis imperii Rom. germ. Tom.* 3. *P.* 2. *Lib.* 1. *Tit.* 3. §. 307. collat. cum *Tom.* 2. *P.* 1. *Tit.* 8. §. 360. *n.* 3.

uu) in *Inſtitut. iur. Canon. Lib.* 3. *c.* 2. *n.* 15.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/ppn335368697/19 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft